

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Frugum opulentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** Indignata sequi torquentem cornua mitram.

quippe cum Taurus plurimum terrenum animal sit, terra & inferis potestatibus damnatum, Soli tamen ab ea gente dedicatus vim eam ostendere videbatur, quam Sol in universam terram exercet. Quod autem extraheretur ex antro, delitescere vim ejus in terra visceribus indicabat, quam ut evocarent, & frugum fecunditatem confiserent, sacrificii genus id instituerunt, de quo etiam in Leone. Neque quidem alia de causa Bovem quandam ab Argo tot luminibus praedito custodiam fabulantur, nisi ut terrā ipsam ostenderent noctū ab ipso cœlo tot stellarum luminibus insignito, non diligenter observari, donec a Mercurio, quippe a Sole B conficiatur, cuius oriente jubare, stellarum lumina pafsim extingui videantur. Quid autem aliud portende re visus est Bos ille arator, qui decusso jugo triclinium, in quo coenabat Vespasianus, irruptit, ac fugatis ministri, quasi repente defensus procidit ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque summisit, nisi terrarum orbem amarissimo Vitellianæ dominatio nis jugo presulm, opem a gente Flavia deposcere, que jam rerum eset potitura? Terram itaque Bos eo ostento præ se tulit.



## OPIS IMPLORATIO. CAP. XIV.

**H**AC autem opis imploratio per Bovem facta, adducit in memoriam alteram Scytharum more, bovillo interveniente corio, factam: apud eos enim opis & auxiliis imploratio fieri solebat magato Bove, in corio cuius, qui opem sibi afferri ab amicis posceret, rejectis in tergum manibus lessibat, qui verò auxilium pollicerentur, dextero pede corium calcabant præfati quantum præstare possent, quem morem late scribit Lucianus dialogo de amicitia, cui titulus *Toxaris*. Et quod ab hoc fertur de Homolottorum sacrificio, qui fœderae fancientes Bovem in minutissimas partes dissecabant, etiamnum durat, apud eosdem Scythes, qui oram inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Cerascios appellatos, eos non nulli Ziccos esse volunt: hi autem si gravem aliquam injuriam acceperint, imploranti amicorum auxilium Bovem maestant, pelleque detracta & humi distenta, in eaque fedentes, carnis Bovis in minutissima frustra divisis, partem unicuique advenienti porrigit: quique accipiunt, ita se eo fœdere devinctos intelligent, ut se fortunasq; suas omnes parati sint expondere pro amici, qui viscerationem hanc fecerit, injuria vindicanda.

## FRUGUM OPULENTIA. CAP. XV.

**Q**ui verò Boves juncti in numo Vespasiani jam Imperatoris & Cos. v. habentur, atque alii simili. *Vespasiani*  
ter jugati in C. Marii C. T. numo, nimiri arationis partes procuratas, & rei frumentariae commo- *C. Marii*  
da declarant: nam & apud conjectores, uti superius dictum, arantes Boves imaginari, latissimam *C. T. numi*.  
prænunciant frugem, & opulentam rerum felicitatem. Quin & nomen Bovi à nutriendo factum.  
**D** Eo quippe nutrio: labore enim suo in exercenda terra continuò nos pascit. Hinc Græci βάρεγος, *r. Cor. 9.9.*  
felicem agriculturam vocant, quibus φέρονται agricultura est, & Bovis etiam epitheton,

## JUSTITIA. CAP. XVI.

**Q**uoniam verò ipsa frugum opulentia sepe sub justitiæ vocabulum cedit, eaque de causa Gen-  
tes legiferam Cererem appellantur: longe convenientius Divinæ literæ per Bovem eos intelligi-  
gunt, qui iustitiæ jugum trahunt, bonisque & frugalibus operibus labore suum intendunt. De quibus Paulus citat illud ex Mose: *Non alligabis os Bovi trituranteri, quod & mox ita declarat: Nunguid de Bo-*  
*bis cum est Deo? an propter nos uitig, dixit, quia debet in spe qui arat, antra, & qui triturat, in spe fructus*, *Dent. 25, 4.*  
*percipiendi? Et Hierosolymit. Hesychius plerisq; Divinarum locis Bovē poni pro homine ait,* *E 2*

qui